

Christi corpus etiam in statu exaltationis
est verum corpus humanum:

E. Christi corpus etiam in statu exaltatio-
nis indiget alimento.

Resp. Christus quidem verum habet
corpus humanum, sed naturalibus causis
minimè subjectum. Vide Horneium de
Processu Disput. c. 7. pag. 103.

Sic Photiniani dum negant peccatum
originis dari objiciunt:

*Ubi nulla ἀεραιπεσίς, ibi nullum vitium,
nullum peccatum:*

*Sed in corruptione nostrâ nulla penes nos
est ἀεραιπεσίς:*

E. nullum peccatum.

Resp. Major in Ethicorum Scholis admit-
titur, intellecta de vitiis politicis; sed in
Theologorum Scholis rejicitur. Pecca-
tum enim Theologicè aestimatum, est qvæ-
vis discrepantia à lege i. *Joh. 3. v. 4.*

Canon Sophisticus.

Ad omnes qvæstiones categoricè re-
spondendum est vel affirmativè vel nega-
tivè.

Solu-